

QUÆSTIO. I.

Omnia que ab Ecclesia Dei ponuntur in Officio Divino magna reverentia colenda sunt ab omnibus fidelibus.

1. IN persona Christi ait D. Petrus epist. cap. 1. i. Petri. 1. Dydim. In. 16. Sancti eritis quoniam ego Sanctus sum. Explicat Didymus, quoniam ego Sanctus per essentialiam, vos Sancti eritis per mei participationem, per meam gratiam, doctrinam, ac directionem; Cum enim Divina Sponsa Christi Ecclesia sit Sancta, omnia quæ ex habitu, doctrina, & directione manant Sancta sunt, magnæque, & alta consideratione ordinata ac disposita.

2. Quod eleganter nos docet Summus Pontifex Gregorius ad caput Apostolica; quæst. 9. ubi ait, Apostolica Sedis sententia, tanta consilij moderacione concipiunt, tanta patientia, & maturitate decoquuntur, & tamenque deliberationis gravitate profertur, ut non immutari necessarium ducat. Expende decoquitur; tanta circumflectione, ac examine omnibus circumstantiis perpensis, adhibitisque magnis Viris, ut ibi dicit Glossa, Sunt irreprehensibilia. Nempe quæ ab Apostolica Sede emanant.

3. Et magis specialiter in rem nostram, Historia quæ in Breviario habentur veluti historia ab Ecclesia canonice censentur. Ut habet Rota Romana in una decisione Cæsar. Augusti Cathedralis coram Domino Coccino 1630. & quanta sit auctoritas Breviariorum constat ex cap. Licet causam de probationibus, & cap. In nostra de Test. ut considerant Mariana tractat. de A. v. nu. S. Jacobi in Hispan. Ambrosio de Morales in Historia Hispanie lib. 9. cap. 14. & lib. 8. fol. 213.

4. Et quod Historiæ contentæ in Breviario sint venerandæ, ut Historiæ Canonizate probat noster Doctissimus Lezana in Consultis ex impres. anno 1666. In causa Cathedral. fol. 557. n. 58. quod tales Historiæ sint habendæ, ut Canonizate probatur à simili; quia leges Civiles in Canonum Sanctionibus relatæ per Ecclesiam approbari censentur, quod etiam tenet Illustrissimus Rodericus à Cunha in præmio Decreti. n. 21. ubi ait: Leges Imperiales per aliquem Canonem approbata eo ipso suscipiunt vim legis Canonice juxta communem regulam: Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur, leg. 2. Cod. de veteri jure enunciando Glossa verb. Tractatus.

5. P. Antonius Quatanadueñas in Theologia Morali singulari. 14. n. 2. tractat. 7. ubi ait, quod quamvis in Breviario antiquo aliqua emendarentur. Tamen Breviaria, quibus modo utimur omni suspitione carere nullo modo ambigendum est, sed summè veneranda; ut dicta, & approbata ab Ecclesia; unde valde celebre est illud D. Augustini proloquium doctrinal. si lei Ecclesia dicit, sufficit Et D. Bernard. lib. de Præcepto & Dispens. cap. 12. ait: Sive Deus, sive homo Vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, parique reverentia deferendum. Quod satis confirmari potest ex his, quæ Christus D. dixit suis Discipulis, & in eis sua Ecclesiæ Luc. 10. n. 16. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Quod argumentum late profertur noster doctissimus Valden. tom. 3. de Sacramentalibus titul. de Horis Canonice cap. 20.

Uvald. Cogitèr unusquisque Auctor, quod Sacra Con-

gregatio Eminentissimorum Cardinalium habet plura, & certiora exemplaria. documenta, quam unusquisque particularis Auctor, & quod Sacra Congregatio ad aliquid determinandum, & agendum ad se advocat viros probatissimos, scientia, sapientia, virtute ac zelo honoris, & gloriæ Dei ac Ecclesiæ, quos unus particularis Auctor secum non habet. Deinde à Sacra Congregatione cum illis Viris sapientissimis, ac probatissimis omnia alto, & profundo examine decoquantur, ac ventilantur.

7. Quod examen non facit unus Auctor particularis; nam si tale examen adhibuisset nunquam profertur, ut modo quidam dixerunt nos vocari fratres B. Virginis de Monte-Carmelo à tempore D. Brocardi, ad quorum os comprimendum sufficiebant præsentès Lectiones Beatissimæ Virginis, quæ nobis hunc præbent titulum à tempore primitivæ Ecclesiæ. Deinde Brocardus floruit circa annum 1188. & sex Summi Pontifices ante annum millesimum & ferè per trecentos, & sexaginta annos ante Brocardum in suis diplomatis non appellant fratres B. Virginis de Monte-Carmelo, ut dicam infra q. 3. & quæst. quæ diplomata circumferuntur in communibus Bullariis, quæ per omnium manus habentur, & facile erat videre, ut non talia dicerent sine ullo Doctore, sine ullo fundamento, sed tantum ex suo cogitatu.

QUÆSTIO II.

Lectiones Beatissimæ Virginis Mariae de Monte-Carmelo multa Auctoritate Apostolica eminent; illaque sunt roborata.

8. Cum Lectiones secundi Nocturni in solemnè Commemoratione Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo 16. Julij sint compositæ, & ordinatæ ad laudem & gloriam ipsius Sanctissimæ Virginis, ut dicunt in suis Bullis statim referendis Summi Pontifices Clemens X.

SUB PAULO QUINTO.

9. Officia supra scripta propria Sanctorum Ordinis Carmelitarum ad instantiam Fratrum ejusdem Ordinis reformatorum quos Discalceatos vocant, qui Breviarium Romanum acceptaverunt, ad usum dicti Breviarii Romani reformati, & Sacra Rituum congregationi præsentata, & de mandato ejusdem Sacra Congregationis diligenter recognita, & subscripta ab Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Cardinali Bellarmino.

Facultas.

10. Eadem Sacra Rituum Congregatio approbavit & ut à dictis Fratribus Carmelitanis reformatis, Discalceatis nuncupatis, liberè, licitè recitari & etiam pro majori commoditate imprimi possint, licentiam, & facultatem dedit, & concessit die 20. Junii 169. Dominicus Episcop. Hostiens. Cardinal Pinellus. V. Pellucantius Secret. Congreg.

SUB URBANO OCTAVO.

11. Officia supra scripta Sanctorum Ordinis Carmelitarum ad instantiam Generalis ejusdem Ordinis,

cap. Postulasti n. 11. & Suarez cum aliis, quos adducit lib. de legibus cap. 11. in. 10.

Textus Lectionis.

Cum Sacra Pentecostes Die Apostoli cælitus afflati variis linguis loquerentur, invocato augustissimo Jesu nomine mira multa parerent. Viri plurimi, qui vestigiis Sanctorum Prophetarum Elia, ac Elisei insisterant, & Joannis Baptista præconio ad Christi fidem comparati fuerant, rerum veritate perspecta, atque probata Evangelicam fidem confessim amplexati sunt.

17. Pentecostes dies, id est, quinquagesimus à die Paschatis, in quo Judæi solemne Festum celebrabant in memoriam data Legis in monte Sinaï, in quo die Divinus Spiritus descendit in Apostolos, qui multa, & magna mirabilia operati sunt, ut late explicavi in hoc libro Actorum cap. 2. ita ut in ipso die Pentecostes Concione Petri tria millia hominum fidè Christi susceperint, Act. 4. n. 41. postea uno, vel altero die quinque millia nomina Christo dederint, & intra tres vel quatuor dies octo millia hominum facti Christiani baptizati sint.

QUÆSTIO III.

Magnus Elias Fundator, ac Institutor Ordinis Carmelitarum.

18. Hanc veram, & certam resolutionem de institutione, ac fundacione Religionis Carmelitane ab Elia late tractavi in Opusculis opusc. 3. per sex resolutiones amplas, quæstiones hic breviter attingam corroborando magis aliqua, & satisfaciendo cuidam objectioni contra me opposita.

19. Religio Carmelitana fundata instituta est à Magno Patriarcha Elia. Hæc veritas testificata, ac promulgata est à Romanis Pontificibus, sæpius approbata à Sacra Congregatione, à Sanctissima Virgine Maria proprio ore multoties declarata; perenni, ac constanti traditione firmata, ab Elia habitu Carmelitano manifestata, testimonio magnorum Sanctorum, ac gravissimorum Authorum roborata, singula breviter ostendo.

20. Testificata, & promulgata à Romanis Pontificibus Joannes XXII. Alexander V. Sixtus V. expressè dicunt: Ordinem Carmelitarum per Eliam, ac Eliseum in Monte-Carmeli inchoatum. Sixtus IV. Julius II. Gregorius XIII. apertis verbis sic loquuntur, quod Carmelitani Patres, Sanctorum Prophetarum Elia, & Elisei, & Henoch, nec non aliorum Sanctorum Patrum, qui montem Sanctum Carmeli juxta fontem Elia in habitaverunt successivè hereditaria tenentes. Et Clem. VIII. non solum in suis Bullis Apostolicis pro nostris Patribus Discalceatis concessis in Apostolica dignitate, & alia Dominici gregis, sed etiam ex quadam epistola missa ad Regem Perfarum, & ex Bulla Pauli V. Urbani VIII. quæ omnia late adduxi citata resol. 2. q. 1. n. 1. 2. & 3. & insuper Alexand. VII. concessit, ut in Collecta S. Elia dicamus. Patrem nostrum, ut dicimus. Præsta que sumus Omnipotens Deus, ut sicut Prophetam tuum, & Patrem nostrum Eliam.

21. Secundo sæpius approbata à Sacra Congregatione, ut videmus superiori q. & patet hoc ex præsentibus Lectionibus, ubi dicitur, Viri quamplurimi, P. 2.

Ordinis, & Fratrum reformatorum, quos Discalceatos vocant, qui Breviarium Romanum acceptaverunt, ad usum dicti Breviarii reformati ab Illustrissimo & Reverendissimo Cardinali de Torres recognita, & subscripta, & quorum aliqua aliàs sub die 20. Junii ab Illustrissimo & Reverendissimo Cardinali Bellarmino de mandato Sacra Rituum Congregationis revisa, & approbata fuerunt

Facultas.

12. Eadem Sacra Congregatio, ut ab universo Carmelitarum Ordine liberè, & licitè recitari, ac etiam pro majori commoditate imprimi possint licentiam, & facultatem concedit, ac dedit die 12. Junii 1628. Cosm. Cardinalis de Torres. Fr. Fulvius Benign. Secret.

Loco sigilli.

SUB CLEMENTE DECIMO.

13. Concessit die 21. Novembris 1674. ut Officium commemorationis Beatissimæ Virginis de Monte-Carmelo sub duplici majori, ab omnibus utriusque sexus fidelibus, tam secularibus, quam regularibus Regnorum Hispaniarum, aliorumque Regnorum, ac Provinciarum Regis Catholici subiectarum, qui ad horas Canonicas tenentur recitandum die 16. Julij, vel alia die infra octavam.

SUB SANCTIS S. D. INNOCENTIO XI.

14. Quidem scrupulosi obtulerunt quoddam memoriale Sacra Congregationi Eminentissimi D. Cardinalis, quod prædictæ Lectiones essent auferendæ ex Breviariis, & loco illarum aliæ essent appendendæ ex homilia, aut sermone alicujus Sancti in laudem Beatissimæ Virginis Mariæ, quod memoriale tantum fuit lectum, quoad apud nos idem valet, ac neglectum, & Lectiones perstiterunt integræ, & salvæ sine aliqua sui diminutione, quod factum fuit die Sabbati Beatissimæ Virginis Mariæ 21. Januarii. 1678.

DE SANCTIS S. D. INNOCENTIO XI.

15. Die 24. Martii anno 1679. anno 3. sui Pontificatus ad instantiam Serenissimæ Reginæ portugalliæ sub autoritate Apostolica concessit Officium Beatissimæ Virginis de Monte-Carmelo, cum sua Missa propria, ut à fratribus ejusdem Ordinis dicitur, ab omnibus, & singulis Christi fidelibus utriusque sexus, tam secularibus, quam regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur in omnibus, & singulis Ecclesiis præfatorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum, ac Provinciarum, ac ditionum quomodocumque Portugalliæ Coronæ subiectarum annis singulis, die 16. Julij, seu alia die infra Octavam celebrari licitè, & liberè valeant.

16. Et dum Summi Pontifices mandant, & approbant recitare Officium Beatissimæ Virginis de Monte-Carmelo, approbant, & confirmant ipsum Officium, nam unum cum altero, ut valde connexum, & connexorum idem est iudicium, ut late cum multis Legibus, Textibus, ac numero etiam Doctorum probat Barbof. Axioma 51. & addit cum ipsis Doctoribus. Connexa, & indivisa reputantur idem, & nihil potest fieri contra unum, quod non fiat contra alterum, & præter Doctores ibi citatos idem habet Sanchez-Felinus. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 2. n. 2. cum Felino

